

2. Tim. 1. 13. *Quemadmodum verò omnis Confessio, qua  
12. Tit. uno duntaxat crure incedens, ὡς οὐ πῶσι  
1. 9. quidem ὑγιαϊνότεων λόγων proponit; non verò  
simul τὰς ἀντιλέγοντας, καὶ ἑτεροδιδασκα-  
λῶντας redarguit, manca ac mutila videri de-  
bet: ita primus iste articulus, plenæ ac perfectæ  
Confessionis naturam imitatur, & non Θεοῦ  
modò sanioris doctrine, sed & ἀντίθεσιν ac da-  
mnationem falsa, perspicuè ac discretè proponit.*

## I. Θ Ε Σ Ι Σ.

14. Θεοῦ sive Affirmativa, brevi sed suf-  
ficiente descriptione DEI absolvitur, quæ  
est, quod sit Vna essentia divina, quæ  
& appellatur, & est DEUS, æternus,  
incorporeus, impartibilis, immensa po-  
tentia, sapientia, bonitate, creator & con-  
servator omnium rerum, visibilium, &  
invisibilium: & tamen tres sint personæ, e-  
iusdem essentiæ, & potentia, & coæternæ  
PATER, FILIUS, & SPIRITUS  
SANCTUS.

15. Descriptionis huius duo summa sunt capita  
Quorum prius Essentiæ in divinitate unitatem  
posterius personarum in eadem Trinitatem asse-  
rit & confitetur.

16. De utroque prelucente infallibili verbi Co-  
lestis pharō Ἰὺν Θεῶν videbimus.

PARS